Nullasq motiones appellationes protestationes et earum prosequutiones faci-
endo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspen-
sionibus futuris iuris praescriptione terrestri bello conventione et aliis qui-
buscunque iuris remediis et facti defensis non evadendo nec modo quovis sub-
terfugiendo Sese suosque successores ad praemissa mediantibus praesentibus reco-
gnitionibus.

Srzedzinski Blazowskiey Virgini futurae vero Consorti suae Debet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Prze-
misliensi Generosus Constantinus Sredzinski possessor Terrae Halicien. sa-
nus mente et corpore existens a Terris districtibus eisdem Jurisdictionibusque
suis quibusvis propriis et competen. recedendo praesenti vero Castrensi Capitan.
Premisliensi Iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus quo ad
actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo
palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Generosus Constantius
de Blazow Generosi Georgii de eadem Blazow Blazowski filiae virgini Deo
favente futurae Consorti suae recognoscens summam Quatuor millium floren. polon.
monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polon.
computan. et numerando super bonis suis generaliter omnibus haereditariis et obli-
gatoriis mobilibus et immobilibus summisque pecuniariis quibuscunque habet et ha-
bebit modo simplicis et liquidi debiti in casu futuri matrimonii tenetur atque debet
Quam quidem summam praedictam Quatuor millium floren. polon. per se

recognoscentem

recognoscentem praedicta Generosa Błażowska modo praemisso tentam et assecura:
tam is idem Generosus recognoscens Successores suos super bonis suis quibusvis
haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus summisq pecuniariis quibus:
vis habitis et haben inscribit et obligat eandem summam praedictam Quatuor
millium florend polon praedictae Generosae Błażowska futurae Consorti suae sive
ipsius posteris post fata sui recognoscen realiter et in effectu solutum et coram
officio praesenti reponiturum et relicturum repositamq et relictam rursus ab
eodem officio non assedaturum nec arestaturum seu quovis alio modo solu.
tionem dictae summae modo praemisso per se recognoscentem inscriptae praepe
dituros et impugnaturos Idq sub vadio similis summae Quatuor millium
florend polon per successores sui recognoscen vel eorum posteros memoratae Genero
sae Błażowska futurae Consorti suae sive ipsius posteris ob non solutionem
suprascriptae summae pro tempore et loco superius expressis ad solvendum suc
cumbendo Nihilominus suprascriptus Generosus Brzezinski Oscillator ...
se Assecurat inscribendo et obligando eosdem Successores suos vel eorum po
steros super bonis suis quibusvis omnibus habitis et haben quod ipsi cum suis po.
steris in casu post fata sui recognoscentis non persolutionis eidem Consorti
suae futurae sive ipsius posteris summae memoratae essentialis debiti eandemq
Consortem suam futuram sive illius posteros in pacifica possessione et usufru:
ctu bonorum suorum infrascriptorum propriorum nempe totius et integrae villae
Taraszowice cum omnibus eorundem attinentiis et pertinentiis in Terra Generi
Praemisliensi consistentibus debebunt et tenebuntur sine omni praepeditione et impe:
dimento usq ad totalem ipsi summae eiusdem praefatae Quatuor millium
florend polon persolutionem conservare et nec per se nec per quasvis suas

substitutas personas in dictis bonis prepedire ita ut eadem generosa Consors
sua futura de bonis predictis non tenebitur conbesrendere antequam ipsi
uti premissum est summa memorata totalis per suos successores fuerit
persoluta. Itaque sub alio seorsivo vadio nempe quatuor millium florenorum
polon. per successores sui recognoscentis eorumque posteros in enarratis futuris gene-
rosae consorti suae ipsiusque posteris in casu non completionis premissorum con-
traventionisque suprascriptae submissioni sui recognoscentis ad solvendum succumbend.
Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo premisso ad solvendum succubitis aere
aliquo principali non completo complenda summaque suprascripta non soluta
solvenda extunc existentes memorati successores sui recognoscentis vel eorum pos-
teri ad instantiam predictae futurae consortis suae aut ipsius posterorum
ad officium praesens castrense capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto
suo ad respondendum spectat mediante semper in primis citationis terminis
tanquam peremptoriis stare comparere respondere vadia praefata luere in-
scriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur
seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat eundemque
terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eius-
dem terminos semper peremptorios zera infirmitate pro maiori minorennitate
successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimen-
ta ad exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis
non differendo. Ad quietationem ulterius proximos terminos officii praefati castrensis
Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes
protestationes et earum prosequutiones faciendo. Ac premissa omnia poenis
simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris proces-
stione terrestri bello conventione et aliis quibusvis iuris remediis

et facti defensis

et facti defensis non evadendo nec modo quovis subterfugiendo efficaci praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Praemisliensi Feria Sexta post Dominicam Exaudi proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Sexto.

2/VI 1656

Bandrowski Consorti suae Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Nobilis Andreas Bandrowski sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iudiciis Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et compet. recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan. Praemislien. Iurisditioni se cum Successoribus ac bonis suis quibus omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Catherinae Rosmiarowska coniugi suae legitimae eiusque posteris summam Septingentorum florenorum polon. tutore vero dotis et expeditionis post eam accepit et in domum suam importatas Nec non aliam similem summam Septingentorum florenorum polon.